



BIBLIOTEKA

Zakł. Nar. im. Ossolińskich

XVI

3556







IN FOELI-  
 CEM, REGIMINIS  
 CRAC: INGRESSVM  
 ILLVSTRIS, ET MAGNIFI-  
 ci Domini, Domini Stanislai  
 Barzi, liberi Baronis in Bloze-  
 uo, et Wisnicia, Palatiniq; et  
 Generalis Capitanei Terra Cracouiensis,  
 & Snatinensis, &cet. Anno,  
 M. D. Lxxi. Quintadie  
 Ianuarij.  
 ELEGIA GRATVLATORIA.  
 Alexandri Sanuto Patricij Ve-  
 netiarum.

# IN ARMA ILLV<sup>m</sup>

STRIVM VIRORVM

A. BARZI.



## EPIGRAMMA.

**S** I cupis armorum, triplicis cognoscere causas  
**T** ramitis, in niveo corpore: lector habe.  
**A** Authores nostros, animi, virtute, Deiq̃.  
**N** on arma, at sceptrum, iam meruisse: scias.  
**I** nquires magis? Vngariæ, gens nostra, coronam  
**S** æuiter oppressam, reddidit incolumem.  
**L** uce sacra tali, Vngaricus, cum plebe, Senatus,  
**A** dregimen proceres, sum quibus arma, petunt.  
**I** lle magis meritis renuit. Quo tempore fertur  
**B** ARZO, hoc est nimium, vir grauis, atq̃, pius.  
**A** rma, proin, regni, quoniam stant classe quadruplas  
**R** eiecta sola, stat mihi, virga triplex.  
**Z** odia cum restor, quo sistunt sydera cuncta,  
**I** nde alios, dignos nobilitate, viros.

# AD BENIGNVM LECTOREM

## EXCVSATORIA.

**A**bsurdum fore, eadem iudico scriptorum omni-  
 um, & Poetarum, ad perpetuam hominum memoriam, in lucem aliquid  
 properantium, si id, quod egerint, nescirent defendere. Cumq; scia quosita  
 esse in arte poesis valde errantes, qui, rectius, se pius irritum censeant, cogor  
 hac prefatiuncula, carmen meum contra illos tueri, qui solo errore ambi-  
 tionis ducti, puras syllabas, ante accentum, propriorum nominum qua-  
 dri syllaborum semper siue corripi, siue semper produci volunt. Horum  
 autem sententiam si reprobare voluero: duobus modis posse, censeo. Primò  
 viri autoritate, qui excellentia, & arte correctori precedat. Secundò re-  
 gula necessitatis, quam modo aperio. Peto ergo a talibus, cur, (exempli gra-  
 tia) Secundam syllabam in Padneuo, Tarnouia, Cracouia, seu Varsouia  
 & in similibus corripi prohibent. Si mihi dicent necessitate: id diuersum o-  
 stendam, autoritateq; comprobabo. Si verò auctoritate, illam, maiori tollā  
 Quantum autem ad necessitatem, id minime fieri potest, cum nulla Virgi-  
 lio, Ouidio, & ceteris alijs vatibus, quos nos colimus, necessitas antea fu-  
 erit nomina hæc in eorum scriptis ponendi. Deinde, quò ad auctoritatē: Pe-  
 tri Royzidæ Mauri S. R. M. I. vt: D. & consulti excell: poetæq; Laureati,  
 & de hac patria, & studijs omnibus, multum benemeriti exemplum perhi-  
 beo: qui, in obitum Illustrissimi D. Ioannis Comitis a Tarnouia, carmē fu-  
 nebre, ex officina Lazari: huiuscemodi edidit. Nomine Tarnouij audito  
 se in castrarecepit, in alio loco. Scipio Romanis nostræ Tarnouius Heros.  
 paulo inferius in eodem. Padneuius Præsul casu lugebit acerbo. Virgiliū  
 pariter non obseruasse in proprijs nominibus primas ne secundas syllabas  
 ostendo. Ad primam, in vno loco. Italiam fato profugus, lauināq; venit.  
 in altero, Ethereas Italo commistus sanguine surget. ad secundum Mer-  
 curium, & Dardaniū, correptas inuenimus, quæ q̄q; iuxta sonoritatē, syl-  
 labæ longæ omnino videantur: attamen breues ipse fecit. Ea propter si p̄-  
 stantiorum poetarum, iā veterum, quæ nouorū, syllabas has anticipites ego  
 demonstraui. Alterq; nulla necessitate id reprobare voluerit: te, qui mea  
 carmina leges, lectorem peto & obsecro: ne eorundem iactantiæ adhæ-  
 reas: sed simplicitatem, decus, & ornamentum diuine artis huius  
 obserues. Cui tibi omnia felicia precor.

ELIGIA GRATV.  
LATORA IN CEBRIS ADVEN.  
TVS MEMORIAM ILLESTRIS  
ET MAENITICI DOMINI DO.  
MINI STAMPALEA BARZIRA

LAINCRAOVIENTS &

SI QUID LA,  
PSVM  
DEFECTVI TRI,  
BVETVR TEM,  
PORIS.



# ELEGIA GRATV<sup>o</sup>

LATORIA, IN CELEBRIS ADVEN-  
TVS, MEMORIAM ILLVSTRIS,  
ET MAGNIFICI DOMINI, DO-  
MINI STANISLAI BARZI PA-  
LATINI CRACOVIENSIS &c.

NEC NON OMNIVM VIR-

TVTVM PRIN-

CIPIS.



**E**N quòd adest patriæ splendor celeberrim<sup>9</sup> heros  
Ille Palatinus, Dux et in arce nouus.

**S**TANISLAUS BARZI, quo, non clementior alter,  
A multis annis, vir pietate fuit.

Integer, et iustus, sapiens, prudensq<sup>ue</sup>, probusq<sup>ue</sup>,  
Magnanimus, clemens, plenus amore Dei.

**Q**ui modò Cracouiam pergit, comitatus Achate  
Præsule PADneuio, Magnificisq<sup>ue</sup> viris.

Septingenta equitum, præstantia corpora secum,  
Hic habet antiqua, nobilitate fatus.

**Q**uid facitis pueri, iuuenes, hominesq<sup>ue</sup>, senesq<sup>ue</sup>,  
Fœmina, seu coniunx, virgo, puella, et anus.

IN FOELICEM ADVENTVM  
ELEGIA

Ordo Senatorum, studiosi, et castra regentes,  
Quòd, celebri heroi, non referatis aue.  
Vnanimi voto, cantate: O inclyte custos  
Venisti tandem, spesq; salusq; Soli.  
Expectata dies, qua restauramur, et hora,  
En quòd adest, portans religionis opem.  
Heu quoties iunctis manibus, votisq; precari  
Sæpe solebamus, corde, fideq; deum.  
Vt nobis BARZI concederet: ecce potimur  
Hac desiderij, dexteritate sui.  
Hunc, Deus, incolumem seruet, per Nestoris annos!  
Sint sibi præsidium, fata, elementa, Deus.  
Quod cupimus, donum, Deus huic concedat amice:  
Nam decus est patriæ, splendor, honosq; virum.  
Omnibus humanis virtutibus ipse potitur:  
Est bene de patria, qui meritusq; sua.  
De studijs etiam meritus, virtutis amator.  
Hic vir, in Italia, semper amatus erat.  
Gallia tota virum hunc colit, ac Hispania: namq;  
Regibus est notus, principibusq; prijs.  
Res gestas patrum, Vngarica ditio, suorum,  
Quas scripsere alij, non memorare volo  
Nam satis esse puto, si dixerò (teste fidei)  
Vngarici regni, iam meruisse statum.  
Quorum

PALATINI BARZI  
CRACOVIAM.

Quorum alter, quando, Rex appellatur ab vno:  
Malo regi, quam Rex (dixerat) esse viro.  
In quo tibi curam, populos, et sceptrum regendi.  
Tutor ero patriæ, meque tueris ope.  
Quadruplicem campum, triplici contentus in armis,  
Diuisit, temnens ambitionis onus.  
O hominum pietas, o spes recolenda per annos  
Sanguinis antiqui: quem mea musa colit.  
Et si atavi istius fuerant diademate digni:  
At tamen abnuerant sceptrum tenere manu.  
Haud secus illorum successor, quando vocatur,  
Cracouiæ ad regimen, noluit, inde venit.  
Vos igitur precor, o ciues, proceresque Poloni,  
O bui adeste viro: ferte valeque, et aue.  
Nuntius en, signum nobis tulit, ocyus, illum.  
Excipitote pium, magnanimumque Ducem.  
Pergite Pierides, vestrum sociate patronum,  
STANISLAUS BARZI, namque, poeta fuit.  
Currite doctores. Felix Academia perge,  
En confrater adest, sola columna tua.  
Dixerat hæc famulus diuini Antistitis vrbis  
Cracouiæ in plateis, deinde retorsit iter.  
Talis ut auditur vox nuntia, protinus omnis  
Ciuis, equesque suum, dehinc saliebat equum,

IN FOELICEM ADVENTVM  
ELEGIA

Eccē SEVERinus, regalī ex prole BONARus

Poscīt equum celerem, quo volat, instar auis.

Sic alij proceres: quorum essem nomina fesus

Progeniesq̄, metro, commemorare meo.

Insequitur st̄ repītus populi, clangorq̄ tubarum:

Quadrupedum hinnītus, confremītusq̄ virūm.

*Aduētus* Quinta dies gelidī Iani numeratur, in hora

*Palatini* Bis decīma Veneris, cum vir in vrbe patet.

*BARZI* Milleq̄ labenti, post secula quinque decenni

*5. Iann:* Septimo, in, vnīus Zodiacī, orbenuo.

*1571.*

Tempore, quo totus perturbabatur Olympus:

Mixtaq̄ cum nebulis, nix penetrabat humi

Vndiq̄ erat cœlum obscurum: sed gratus Apollo,

Per densas nebulas, irradiatus adest.

Ipsius ingressu foelici, illuxerat æther:

Aerq̄ candescit, fitq̄ serena dies.

Nix stetit, et tempus vernum spectatur vbiq̄:

Ad vada Cracouīæ, concinīt omnis auis.

Vndiq̄ concurrunt pueri, innuptæq̄ puellæ,

Quæ sitiunt, facie, se satiare, ducis.

Cum famulis, matrona, suis, et coniuge spectat,

Vrbe Palatinum posse videre nouum. (Ippus

En, BARZI, en BARZI, referunt: quæq̄ ore PHI,

PADneuīus loquītur, currite cuncta domus.

Angulus

MONTIPALATINI BARZII  
CRACOVIAM.

Angulus est etiam pro ancilla. Ascende Sophia,  
L inque coqui Leporem: desine, quod vir adest.  
Pulcher homo est nimium, (fert, virgo puella, pa  
Hic Dux. O, vitæ pars, animæq; meæ. (renti.)  
Quæq; domus posita in platea, quæ regia, fertur.  
Plena tapetibus est, nuda fenestra vitris.  
Interea, ut pueri pellebant, cum niue Iudam,  
Ex platea, raucæ signa dedere tubæ.  
Timpiana concutiunt aures, campana tumescit:  
Præcedunt famuli, nobilitate sati.  
Inde Senatores, proceresq; monilibus aureis,  
Et super, illorum, colla, superq; et equos.  
Vnica tunc pyramis facta est spectantis, in vnum,  
Tot populû, heroem, qui, sibi, musat aue.  
Tunc numeros campana tonat. Solq; astra superna  
Viserat inquirens inferiora loca.  
Pulchrior vlla dies cõperta in mensibus octo  
Non erat, ut posuit Dux hic, in vrbe, pedem.  
Aurea cur, ætas, non est credenda, sub ipso  
Heroe illustri, Magnificoq; viro,  
Hic, sine qua specie discriminis, omnibus, vnus  
Iustus erit iudex, iure, modisq; pius.  
Soluat ut insontes, sic fontes puniet. Omnis  
Consuetudo, malî iuris, iniqua cadet.

IN FELICEM ADVENTVM  
ELEGIA

Deniq; curabit, periuria, tollere poenis,  
Nonne est turpe nefas, ius violare sacrum?  
Dehinc animaduertet, fallacia, voluere cuncta:  
Venales merces, non sine lege dari.  
Furtiuas hominum mensuras, ære resoluet,  
Quæsitum furtim, pauperibusq; dabit.  
Triticæ panes, veluti ceruisia, iustis  
Vendetur precijs, sic segetesq; foro.  
Diues vt, hic aderit, succinctus munere, ciuis:  
Non fieri dicens, quid sine fraude potest.  
His, ciuem expediet. Vesti te, pauperis vsu:  
Inde petes melius, quam modo, amice cupis.  
Non semper, terris, nos viuere possumus: inde  
Debet homo, causas, reddere quasq; Deo.  
Si mihi tu tuleris leges, antiqua statuta,  
Iusue aliquod, scripti nil reprobabo tui.  
At sine quo iure, et solo impietatis abusu,  
Perdere pauperiem, seu lacerare veto.  
Plurima paupertas patitur discrimina rerum,  
Diuitijs, veniunt crimina inulta, virum.  
Causidici indocti, qui, Bacho interprete, vastant  
Ius commune absint, impietate rei.  
Quod patet inscriptum laudo: reprobosq; malorum  
Corruptelam hominum; quæ sine lege nocet.  
Non te

PALATINI BARZI VI  
CRACOVIAM.

Non etenim veni ad solueudum iura: sed illa  
Prorsus adimplendum, dexteritate mea  
Spondeo Iustitiam, discedite ab arce tyranni.  
Non ego avaritiam, nec scelus orbe probō.  
Munera, carnifici pro iure, rependite, nullo.  
Iustitiæ censum, donaq; temno, date.  
Me Deus instituit, mediante hoc Principē nostro.  
Præsidium iuris, quod sine fraude colam,  
Hæc præcepta lego, herois sermone reperta,  
Gaudetote omnes, hac probitate viri.  
Sol quoq; gaudebat cum luna, et quinq; planetis,  
Quum, tetigit portas, strenuus, vrbis, homo.  
Augurium plenum sanctæ pietatis habendæ,  
Non spatio longo, nec renuente Deo.  
Quæ magis expectas, lector, miracula nostris,  
Temporibus, si tu, vera, notata vides.  
Ipsius aduentu, lætantur in orbe planetæ,  
Sydera, cum stellis, aura, et aqua, ignis, humus,  
Cracoviæ Antistes, proceres, cum plebe Senatus  
Vota deo soluunt, huc veniente Duce.  
Pastores templi, maiores, atq; minores,  
Læticia affecti sunt, pietate noua.  
Festa boni ciues faciunt, simulantq; maligni,  
Sed simulare tamen, credo valere nihil.  
Namq;

IN FOELICEM ADVENTVM  
ELEGIA

Namq̄ vt conspectum inspiciet, vir hic inclytus ho  
Crimine plenorum, credito voce cadent. (rum  
M unere sperabunt, aliqui, placare seueram,  
In se, iustitiam, quam leuitate timent.  
Sed fallent curæ, purum stabitq̄ decorum  
Iustitiæ, nostri sub ditione soli.  
Iammodò florebit pietasq̄, fidesq̄ vetusta,  
Humanisq̄ gradus, dexteritasq̄ rel.  
R ussia, quo gaudet, fortisq̄ Bohemia terra.  
M azouia partes, terra Polona duplex,  
Curia Pontificis summi gaudebit, ad aures,  
F ama suas, huius, cum, penetrabit opis.  
S icalij pariter praelati, numine pleni:  
P ræpositi, Abbates, tota cohorsq̄ sacra  
O quam gaudebit celeberrimus Hosius, ille,  
T empore quem fieri scimus in vrbe Petrum.  
Iam dedit, huic scitum, doctissimus ille sacerdos  
K ursouius, varij canonicusq̄ loci. ( mis:  
COMmendatio etiam scriptū est, patribusq̄ supre  
Q ui, PETri BARzi, iam coluere fidem.  
H ic nouus orbe foret Cæsar: si fata dedissent,  
Q uod, patrium posset, lætus, inire solum.  
V tile nam proprium semper contempsit, et aurum,  
C ontinuo patriæ dulcis amore, sua.

Ille, æo



PALATINI BARZI  
CRACOVIAM.

Ille, ætate noua, Mauortia bella secutus,  
Cum MARIGNANO, plura notanda tulit.  
Inde suum corpus: diuinum quodq; putatur,  
Italiae legat, cor, animamq; Deo.  
Immemor officij, quare clementior omni  
Rege, SIGISMUNDVS ne videatur agi.  
Germanum fratrem, meritis ornauit honestis  
Interitu alterius: non sine velle Dei.  
O diui AVGVSTI, pietas, virtusq; regentis  
Sceptra, SIGISMUNDI, sis benedicta Deo.  
Sis benedicta deo, veluti benediceris omni,  
Corpore sensibili, quod ratione viget.  
Te quia, tot veniunt foelicia gaudia nostra:  
Te quia, tristari, iam poteramus adhuc.  
Plebs omnis gaudet, iunctis manibusq; precatur  
Aeternum, pro te, nocte, dieq; patrem.  
Cum, modo, Cracouiae tot casibus vndiq; vastae  
Custodem dederis, religione pium.  
Hic postq; gressus, celsam direxit ad arcem:  
Ante suas aedes, constitit aede dei.  
Exemplum fidei, pleni pietate parentis  
Quippe SIGISMUNDI, nunc genitico; sui.  
Ergo pater patriae, poterit ratione vocari  
Inclytus hic BARZI, cui bona cuncta precor.  
Et vos,

IN FELICEM ADVENTVM  
ELEGIA

Et vos, ò, Martis varia iustrumenta, patrono  
Dicite nuuc salue, tutor amice veni.  
Ære salutate heroem, tormenta, sonoro,  
Bellica: ferte olím sæpe vocatus, eras.  
Adsis Magnifice, Illustris, Spectabilis Heros,  
Clangori nostro, letitijsq; virum.  
Introito in Castrum, quod Rex, et fata dedere  
Iam tibi: custodi rem, patriamq; datam.  
Vive diu scelix, Præfekte colende per annos,  
Semper eris patriæ, viua columna soli.  
Vive, iuua, gaude, puni, et da præmia, cunctis.  
Te cadat omne nefas. Moscus, et arma ruat.  
Affinis CMIthæ, consanguineiuè, potiris  
Tam præfecturis, quam pietate, tui.  
Ille Palatinus fuerat, Præfectus et arcis  
Cracouïæ, veluti tu quoq; laude venis.  
Ille dei cultum coluit, regnumq; virosq;  
Haud secus ipse facis, Dux, et amice Del.  
Qui memorare, tuos, posset, sine fine labores.  
Pro regno passos, assiduamq; fidem. (pto.  
Vere equidem sequor: at vereor, non posse, quòd o,  
Dicere. Pro meritis, non satis vna, manus.  
Pergite cœlestes musæ, mihi dicite. Namq;  
Scitis, diuino numine, quodq; soli.

Quisue

PALATINI BARZI  
CRACOVIAM.

Quisnè erat, in tantis, alter, rumoribus heros:

Vt vir hic illustris, Magnificusq; fuit.

Quos sumptus fecit, solius, amore coronæ,

Iam Petricouïæ, Varsouïæq; graues.

Olim Lithuanïæ conuentibus, atq; Lublini:

Pro patria vitam, destituendo et opes:

Deniq; pro totidem, Rex clementissimus, huius

Nobilis officijs, dat sibi, scepra rêgi.

Illius exemplo, studeant quicunq; creati

Sanguine Magnifico, regia vota sequi.

Sperabunt etenim, cum tempore, posse potiri

Regis amicitia, tum grauitate gradus.

Dehinc fieri regni, merito sudore Poloni,

Et caput, et Princeps: forsan vt, inde, hic erit.

Cæcus non iudicat de coloribus, Nec


imperfectus homo de perfectis.


CRACOVIAE.

Impresum, Anno Domini, M. D. Lxxi.

die, viij. Ianuarij.







OPRAWĘ WYKONANO

w prac. Inż. Konserwacji

Biblioteki "Caelicium"

Data: 17.7.76 *Urajch*

